



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et
Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ -
Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ
collectus: & usui accommodatus

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066332

Pars V. Erga Deum ex toto corde diligendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45396

Ex. l. Deus amand. est, quia præ omnib. &c. 145
ia Deus es, quia super omnia Dignus, Dominus,
omnipotens, Sapiens, Rex, Pater, Judex: ut nos vi-
simorum vilissimi: coram te, digne te, cum omni
bita tibi reverentiâ, tam in hac, quàm in futurâ
tâ, coram te, dante Te, stare valeamus, consuesca-
mus, gaudeamus.



EXERCITIORUM

PARS V.

Erga Deum ex toto corde
diligendum.

EXERCITIUM I.

*Deus Amandus est, quia præ omnibus
Amabilis est.*

Statue te coram Domino Deo tuo: eum-
que tibi Mandantem audi: *Diliges Domi-
um Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota mente
& ex totâ Animâ tuâ, & ex totâ fortitudine*

Deut. 6. 5.

2. In hoc præcepto duo potissimum homini
emonstrat Deus. Unum est, quantum sit Bo-
um, quantumque pretium Amoris: summum
mirum, & supra quod in suo genere, majus est
allum. Nisi enim tale effret: non juberet Deus
ud sibi impendi: & præfertim, cum tantâ inte-
P. V. Druz. Op. V. K gritate

G: Druz
Sicut
oper: asat
Tom II
N. V
507

gritate impendi, ut nec minimam particulam
ex eo detrahi velit: sed omnino totum,
grumque velit, praecipiat, exigat; injuriam
& contemptum repurans, si quis vel minus
vel ad instans unum amoris sui, aliorum com-
tat, quam ad ipsum, non propter ipsum:
enim hoc esset, non ex toto corde, neque ex
Anima, aut mente, aut fortitudine Deum am-

3. Alterum, quod demonstrat Deus per
praecipitum, est: quantum bonum sit Deus
quantum pretium ejus. Summum nimirum
ita summum, ut nullum ei sit adaequandum
multoque minus praefendum. Uno ve-
tantum ac tale, quod ab homine (ac idem de
omni Creatura rationali) unum, ac solum
semper sit diligendum ex toto corde, ex tota
ma, ex tota mente, ex totis viribus; nempe
per omnia. Nisi esset Deus bonus, & omni-
omnia bona bonus, & omnium bonorum
num, & solum istiusmodi ac tale bonum;
deberet amari ex toto corde, & ex tota
totaque mente, ac tota fortitudine: sed
imò & deberet, dividiamor illius, sicut &
ae diminuta esset bonitas illius. Nunc autem
absit ita Deum esse, absit cogitare talem esse
quo desit aliquid ad plenum Bonum esse,
quem, & sine quo, aut supra quem, com-
aliquid bonum esse.

Luc. 18. 19.

4. *Nemo bonus nisi solus Deus dixit ipse*
Filius, idemque summus in bonitate Deus
cum sit aeterna Sapiencia; noscebat utique
tâ plenitudine Bonus, quantâ Bonitate
esset Deus: tum consequenter, quantum ob
bonitatis plenitudinem amabilis, atque ama-

Met Deus: scilicet ex toto Corde, ex totâ Animâ,
ex totâ mente, ex totâ fortitudine, omnibusque
Viribus.

5. Magna res est Amor: pretiosa res est Amor:
cautè ac prudenter servanda atque dispensanda
res est Amor! quin imò neque dispensanda, ne-
que partienda res est Amor: sed integra servan-
da, offerenda, impendenda Deo res est Amor.
Deus enim totum illum, suum esse! & sibi soli
atque uni impensum esse; vult, jubet, exigit: &
ingentes omni Amatori minatur misérias, si vel
ad momentum, vel tantillum Amoris minutum,
ad quempiam alium à Deo convertat amandum,
præter quam ad ipsum, vel (quod idem est) pro-
pter ipsum.

6. Amabilis enim est Deus, & amabilis sum-
mè, & omnimodè: sicut est bonus & summè, &
omnimodè. Absorbens in se, & continens intrâ
se, imò & existens ipse omnimodum bonum.
Amabilis est Deitas? habet illam plenè & perfe-
ctè & essentialiter Deus. Amabilis est Substan-
tia? habet illam plenè Deus. Amabilis est Vita?
habet illam plenè Deus. Amabilis est Sapiencia?
habet illam plenè Deus. Amabilis est Pulchri-
tudo, Majestas, Justitia, Misericordia, Sanctitas,
Immensitas, Aternitas, Immortalitas, Dulcedo,
Beatitudo, Veritas? omnia hæc habet, omnia
hæc est, perfectissimè, plenissimè, essentialissimè
Deus: ac propter hoc amabilis, & amandus est
summè, & essentialissimè, unus ac solus, æterna-
literque Deus.

8. Bonum & Amor, adamantino nexu
sibi colligata sunt. Bonum est, quod amant
& appetunt omnia. Amor est, qui amat Bo-
na omnia. Bonum & Amor, ita ad sese ten-
dunt;

S: 212
Sicut
oper: 147
Tom II
N: V
5

dunt, ut Amor, si bonum non amet, injuriam
 & iniquus in illud sit. Bonum quoque si
 mori non probet, id est non communicet;
 gnatum quoque Amore, & malum, aut
 Amori sit. Ita est Amor appetens boni,
 potes ferri nisi in bonum: idque sive in Verum
 sive saltem putatum sit: Atque hinc est
 amoris necessaria permaxima: ut sciat quid
 amet, ut sciat reprobare fictum falsumque
 num, eligere autem & amplecti verum &
 cerum Bonum. Fictum & falsum bonum
 omnis Creatura: nisi Deus in illa agnoscat
 propter illum ametur. Verum & sincerum
 num est Deus: & quidquid in Deo, propter
 um, secundum Deum, & ex Deo est, quod
 tale amatur. Itaque, nemo bonus nisi solus
 us, & id in quo est Deus, & quod ex Deo
 Nullus etiam est Amor, amoris nomine digni,
 nisi qui Deum solum super omnia, &
 propter Deum diligit omnia. Qui autem
 diligit Deum: aut diligit non Deum, &
 non Deum, hic non est Amor: sed est
 & prava cupiditas: est mera insania. quae
 fum balsamum in Paradysum & in Cor
 convertendum, divertit in sterquilinum,
 acam, & infernum. Facit autem hoc eo
 dio: quod & quantum est; amisso Deo,
 daemonem: perdita salute, consequi perditionem,
 ejurata beatitudine, haereditare maledictionem
 9. Ille autem Amor verus, & suo non
 dignus est qui ad suum, ex quo emanat, re-
 tur Principium: & qui ad suum, ad quod se
 debet tendere, pergit centrum. Principium
 & Centrum amoris Deus est. Ponderus

Amor meus. Centrum & locus meus, Deus me-
us, illuc ferri debeo, quocunque amore tendo.
Amore enim feror, quocunque feror; si modò
ad Principium meum feror. Principium enim
Amoris boni (& solus Amor bonus, solus Amor
Dei, verus Amor est;) solus Deus est sicut &
solus Deus principium, & fons, & esse, & cen-
trum, boni amandi est. Quamobrem, neque po-
tèst, neque debet, aliorum Amor tendere nisi
ad Deum, aut propter Deum: quia nihil ama-
bile, nihil amandum, possibile est Amori repe-
nre, nisi Deum, & quod in se habet, repraesentare
Deum.

10. Ergo Creatura, ergo homo, ergo ani-
ma mea, recognosce Amorem tuum: purga il-
lum, dirige illum: & non sine ad vilitatem, ma-
litiæque creaturarum decurrere: ibique iniqui-
tate, & sordescere illum, teque simul propter
illum: sed converte illum ad puritatis fontem,
ad quietis centrum, ad sanctitatis integritatis-
que principium, ad solidum & omne bonum,
ad omnis Amabilitatis, originalem plenitudinem.
Ubi Amor tuus propriam obtinebit sedem, infi-
nitum nanciscetur partem, immensum posside-
bit Regnum, omnis boni bonum hereditabit
Deum.

11. Dole, & desle, & quantum vales impe-
dit, infelicitatem, & insaniam hominum, &
omnium rationalium Creaturarum, quæ pro eo,
quod debuerant, quodque debeant diligere Do-
minum Deum suum, ex toto corde suo, ex tota
anima sua, ex tota mente sua, ex totis viribus
suis; prodigunt, & perdunt amorem suum: &
diligunt Mundum non mundi Conditoem: di-

G: D...
Sicut
per: ...
Tom II
N. V
5...

ligunt Carnem, non spirituum Spiritum
Etum Deum, diligunt daemone Dei inimic
non Deum super omnia benedictum: dilig
maledictionem pessimam, pro benedicti
aeterna.

12. O homines! quos Deus ad amandum
ad perennandum secum, ad fruendum omnia
no suo, id est semetipso, fecit: quid peccatis
vos hic amator vestri Deus: quia ex proposito
ex destinato, ex conspiratione veluti communi
& publico unanimique consensu, toti, & omnes
conversi estis, cum vestro amore in pravum
consectandum omne id; quod nostis Deo
sum: ad Deum vestrum ex toto corde, ex
Animâ, ex totâ mente, ex totâ fortitudine
strâ negligendum, odiendum, contemnendum?

13. Haccine reddis Domino Deo tuo,
pule stulte, & insipiens: qui fecit te, qui creavit
te, qui redemit te, qui possedit, & possidet
aeternum, propter bonum tuum, (neque enim
propter suum) concupiscit te, quærit te, exprimit
te, & converti te desiderat ad se?

P R A X I S.

O Amabilis: ô Amande: ô superamabilis:
per, superque solus atque Unus amande Deus
qui pro omni bonitate tuâ, quæ est ipse Tu, & pro
omnibus bonis tuis, quæ fecisti, nos & accipere
habere à te; non aliud exigis, non aliud expectas
non aliud desideras, quam ut diligamus te, ex
Corde, ex totâ Animâ, ex totâ mente, ex totâ
tudine nostrâ. Pro: quam tenuis, & exilis amor
apud nos amor noster! quem tamen tu DEUS

Exerc.
piens non
gis, atque
partim i
am depoj
nobis. C
ne ex co
Divina.
amorem,
mino DE
quæ à te h
summi: t
illum De
nre!) m
bus, & c
temetipsa
morem t
tem in clo
solum, su
summe an
dum. A
amorem
de, & gra
piar in te

E
Am
1. STa
ha
num DE
tua, ex
2. l
primi, c
um sua

Exerc. II. Amand. est Deus: quia ipse &c. 151

Sciens non minus, quam bonus, unum & solum existis, atque imperas nobis, pro universis bonis, quae partim in te tibi servas, partim ex liberalitate tua & am depositi in nobis, & adhuc deposita recondis nobis. O Amor vilissime, & pretiosissime. Vilissime ex conditione mea, pretiosissime ex aestimatione Divina. Usquequo Anima obluctaberis Deo! & amorem, qui tibi quidem verè constat nihili, at Domino DEO tuo constat non nihili, sed super omnia, quae à te habere vult, & potest, constitit, & constat summi: usquequo (inquam) avara es, & denegas illum Deo: impendis autem (quis credat te sic insanire!) mundo, carni, diabolo? impendis cupiditatibus, & concupiscentiis tuis malis, vanis, fœdis, etiam temetipsâ indignis? ô tandem respisce, & purga amorem tuum, atque pretiosam Deo aquam, currentem in cloacam, converte in hortum. Ama DEUM, solum, summè, & summum bonum: ama DEUM summè amabilem: ama DEUM solum summè amandum. Amabilis & amande DEUS: Age, age: tolle amorem meum totum à me, & converte ad Te, accende, & rape, flagra, & dulcesce, jam amem te, rapiar in te.

EXERCITIUM II.

Amandus est Deus: quia ipse amat se.

1. Statue te coram Domino Deo tuo: & illum hæc tibi mandantem audi. Diliges Dominum DEUM tuum ex toto corde tuo, ex tota Anima tua, ex tota mente tua, ex tota Virtute tua.

2. In hujus Mandati omnium maximi, atque primi, omnium justissimi atque gravissimi, omnium suavissimi atque facillimi, omnium dignissimi,

S: D...
B...
per: 4547
Tom II
N: V
5

mi, honestissimi, atque fructuosissimi, ob non est
 vatione; præit tibi Deus exemplo suo proprio se: ita u

3. Etsi enim Legislatores, ac præsertim Deus.
 premi, qualis est Deus, soluti legibus sunt. 7. A
 tamen lege, de Diligendo Deo, ne ipse qui potest v
 Deus solvi vult, aut solvi potest, aut solutus rinde ac
 Sed solus ille maximè & essentialissimè dilige que suar
 ex toto Corde suo, ex totâ sua divinitate, ex set quoc
 tâ virtute, & ex omnibus viribus suis: dilige pterea a
 rò se non tanquam ob præceptum, ab alio qua num: sic
 am à se, sibi latum, sed ob Essentiam naturam ternum.
 suam ad amandum se existentem, amoremque mul nec
 à se Essentialiter exigentem. vult sibi

4. Amat autem se Deus. Amore comp bilter da
 centiæ, benevolentia, amicitia. Amat enim luntario
 propter se, quia sibi est per omnia & essentiali fare ab i
 bonus, essentialiter Amicus, essentialiter, o re amat
 bono, omni amabilitate tam plenus quam dig que Vol
 Amat se Deus, quia Amor est, & amor su dare Am
 amat sibi, quidquid est sibi, & quidquid est 8. A
 est amore suo, sui que, sibi, sed erian

5. Amat se Deus, Amore appetitivo, si DEO
 æstimativo sui super omnia: quoniam est præ Pater, a
 sus, dignus, æstimandus super omnia. Est Deum F
 suum pretium, sua dignitas, sua æstimabili cunt &
 pretium immensum, dignitas infinita, æstimab Sanctum
 tas inæstimabilis, bonum essenziale, & Est sui Amo
 essentialiter Bona. Charitas

6. Amat seipsum Deus Amore, non quædo D
 aliud quid à se, aut qui aliundè adveniat sibi, 9.
 quem aliquando erga se, intra se, & à se non stus est
 buerit: sed amat se amore æterno, amore ipsa sum
 proprio, sibi cum suâ Entitate à se provenient Nihil est
 amat se Amore non tantum suo, sed Amore si propt

non est aliud à se; sed est idem ipse, idem qui ipse: ita ut sit Deus, ipse Amor, & Amor, ipse Deus.

7. Amat se Deus, quia nec potest negare, nec potest velle posse, negare sibi Amorem sui; perinde ac non potest negare seipsum, Essentiamque suam sibi. Si possit Deus non amare se, posset quoque, id quod Essentiale est, non esse; propterea amat se Deus tam ab æterno, quàm in æternum; sicut est Deus tam ab æterno quàm in æternum. Amat se Deus amore Voluntario, & simul necessario. Voluntario; quia Voluntate suâ vult sibi amorem, & delectatur illo, & delectabiliter dat & vult illum sibi. Non autem ita Voluntario, quasi possit negare illum sibi, vel cessare ab illo dando sibi. Necesario autem amore amat se, quia Natura & Essentia est illi, ejusque Voluntati, amare essentialiter se: & velle, ac dare Amorem suum sibi.

8. Amat se Deus Amore non tantum naturali, sed etiam Personali: ita ut Amor DEI non solum si DEO Natura, sed etiam Persona. DEUS enim Pater, amans Deum Filium, & Deus Filius amans Deum Patrem, hoc communi amore sui, producunt & spirant tanquam unus Spirator Spiritum Sanctum, Amatricem sui Personam, Amatorem sui Amorem, qui est vocaturque Spiritus Sanctus, Charitas Patris & Filii, Vinculum Trinitatis: dulcedo Deitatis: Amor Deus.

9. Amat se Deus: & amando Rectus est, Justus est, Moderatus est, Rectus est: quia hæc ipsa summa est rectitudo DEI, Amare seipsum: Nihil est enim aliud quod amet extra se ipsum, nisi propter seipsum, super omnia tamen seipsum:

S: D...
B...
per: 454
Tom II
N V
5

quia nihil est, nihilque esse potest amabile illi, & tu, & in quo invenit, & quantum in eo invenit seipsum, & in quo invenit autem quia inibi deponit, & servat semetipsum, & in quo invenit ipsum, propter eundem semetipsum. Est etiam plusquam iustus amando se Deus; quia cum sit summus, & Deo bonus, & ipsa Bonitas; bonitati autem omni iure debetur Amor; iniquus esset Deus in bonitate sua, si non ex æquo amaret illam. Amat etiam Bonitatem suam, seipsum, & est iustus: quia dedit sibi quod debet sibi. Denique est Moderatus Deus in Amore sui: quia tantum se amat, quantum se Bonum, & Amabilem habet atque non. Est verò infinite in infinitum bonus & amabilis, ideo ad mensuram se suam amat, quando se infinite in infinitum amat.

10. Ex hoc autem etiam Deus semper occupatur, & nunquam otiosus est; quia amando prout dignus est Amare se, adæquatè occupatur, amore sui: beatum faciendo se. Beatum esse, est summè, est vere, est dignè, est adæquatè occupatum esse. Atque taliter occupatum esse, est Deo nostro essenziale: est ab Amore emanans; Deo dignissimum & propriissimum esse.

11. Hanc ergo habes causam ô homo cogitandi Deum tuum; quia agnoscis diligentem teipsum DEUM tuum. Agnoscere debes Deum tuum, esse summum & totum Bonum suum, proptereaque summe amabilem, & amandum debes propter hoc, totis affectibus desideriorum tuorum, DEO tuo desiderare, parem amabilem atque Bonitati ejus amorem: quem cum impossibile tibi sit, vel in ipso te, vel in Creaturis omnibus simul junctis reperire; (quo uno defectu

ile illi, & tu, & omnes Creaturæ deberent juste conta-
nit seipsum (bescere) & videas officium hoc Amoris, Deo im-
rvat semper impendi ab ipso Deo: impendi autem, omni
Est etiam plusquam possibili ac desiderabili, divino enim,
umme & Deo digno, atque adæquato modo; Deum-
ni iureque essentiali & æterno amore Beatum reddi;
bonitate quidhic aliud, & tu, & omnis creatura, facias,
Amat es sentias conerisque quàm ut gratuleris Deo hunc
: quia talem Amorem ejus: congaudeas immensè bono
Moderat amabilique Deo, ob immensum pariter infinitum-
nat, que Essentialiter Amorem ejus. Ames Amorem
que non hunc divinum, tam Deo dignum, Deo parem,
t amabile cum ipsoque Deo eundem & unum. Ames de-
do se infir nique ipsum Deum, tanto & tali Amore sese a-
nper occ mantem, & sibi pro te, & pro Creaturâ omni-
amando vicem officiumque Amoris plenissimè impenden-
occupat tem. Nihil enim Creatura, vel sibi, vel aliis, vel
Beatum ipsi Deo, debet, & potest optare aliud, quàm ut
è, est si- sive in maximo, sive in minimo, bene, & digne
occupat sit Deo: hæc autem aliter non fit: nisi cum dignè
Amore habetur, colitur, amatur Deus; id autem ipsum
priissimè tunc solum fit, quando seipsum, seipso amat, ex-
altatque DEUS,

P R A X I S.

DEUS, qui solus es perfectus, plenus, dignus, &
par tibi, tuus Amator; debuerat quidem esse
mea, & Creaturarum omnium mecum affectatio, si-
cuti erat & obligatio, amare te, condigne te: sed
hoc, non est ulla ex nobis sufficiens, præstare digne
te: deberetque hæc esse una æterni mæroris & tabe-
scentiæ causa in nobis coram te; sed hoc solatiū habent
Anima nostra: quia agnoscimus, quoniam Amor tu-
us, par, essentialis, idemque tecum, explet abundan-
ter

S: D...
Sicut
per: 454
Tom II
N V
5

ter omnia debita, omnia vota, omnia studia nos
amando te, per omnia digne te. Ideo, te, dilig
tem te, digne te, Amore tuo digno te, amamus,
gaudemus, & glorificamus. Ideo etiam & An
rem istum tuum, tanquam condignum Amatore
diligimus, exaltamus, magnificamus. Sis Dom
benedictus, & beatus in isto Amore tui: & prop
illum elargire quoque nobis ipsum illum, ut diligam
te per illum: quia & tibi nihil placet in nobis, &
nihil debetur tibi à nobis aliud, quam ut toto corde,
tota Anima, tota mente, totis viribus diligaris à nobis.
Qui es benedictus DEUS in secula.

EXERCITIUM III.

*Amandus est DEUS: quia & ipse
amat nos.*

1. **S**Tatue te coram Domino DEO tuo, & ante
illum tibi præcipientem: Diliges Dominum
DEUM tuum, ex toto corde tuo, ex totâ Anima
tuâ, ex totâ mente tuâ, & ex totâ virtute, ac
fideltate tua.

2. Ad hujus Legis, Deo quidem dignissimæ
atque debitissimæ, tibi verò, & omni homin
suavissimæ, nec non fructuosissimæ, ac saluberr
rimæ, observantiam; & amandam, & curandam
dam, exequendamque; prævit, præitque
per, præiturus etiam in æternum DEUS: ex
plis suis, & numero plurimis, & sumptuosiss
vissimis, & imitatione tuâ, omniumque homin
num dignissimis.

3. Amor omnis, at maximè Divinus, est
quo diligit, quàm quo diligitur DEUS, operatur

est: si enim operosus non est, amor non est: sed quò major & ardentior est, eò super grandiora opera distendit, ac ostendit: ideoque certius, an sit, & quantus sit, cognosci non nisi ex operibus consuevit: quoniam opera ipsius, sunt speculum, sunt specimen, sunt mensura, sunt fructus, & opes ipsius, sunt gloria, & commendatio ipsius.

4. Et Dei quidem Amoris, magna opera sunt: sicut & ipse tam Deus, quàm Amor ejus magnus est. Si rectè advertis ô homo; Amor divinus quo te ille amavit, & amat, est ejusmodi; ut te amet ex toto Corde suo, ex totâ Animâ seu Deitate suâ, ex totâ mente, & ex totâ virtute suâ.

5. An non ita te dilexit: qui te ad imaginem & similitudinem suam facit? Si nosti quid sit; quàm speciosus, quàm perfectus, in omni bonitate, & pulchritudine suâ sit Deus; scies, quàm magnum bonum tibi contulerit. Quando tibi imaginem suam indidit: teque similem sibi fecit Deus: quando ad imaginem suam te fecit; hoc ipso ad Amandum te à se, ad curandum, ad ditandum, ad protegendum, ad conservandum, ad salvandum, beatumque faciendum te fecit: quasi ad instar unigeniti sui fecit te: qui per hoc unigenitus est ejus, quia est verissima Imago ejus. Tanti est ô homo Deo, Imago in te ejus: ut ejus in te, à te inductam peccati labem, unigeniti sui sanguine, atque morte, non dubitaverit tibi esse emaculandam. Et hinc æstima: quanti æstimet Deus Imaginem in te suam: qui tanquam vile aut nihilum aliquid, contemnis & deturpas illam.

6. An

G: D...
Sicut
oper: usat
Tom II
N V
5

6. Annon ex toto corde divino suo dilexit
 Deus, qui ut te perditum inveniret, ut te conve-
 neratum sanaret, ut te mortuum vivificaret, ut
 confractum solidaret, ut te cæcum illuminaret,
 ut te captivum liberaret, ut te servum redime-
 ret, ut te miserum beatificaret, ut te sibi exo-
 sibi reconciliaret, ut te omni bono gratiæ des-
 tutum suâ gratiâ ditaret, filiumque ac hæredem
 suum redderet; Filium suum Unicum tibi con-
 navit: & in hos omnes usus impendi, expendi-
 que fecit: & cum illo omnia sua bona, tibi con-
 gavit? Tibi inquam, tibi homini vili, & in-
 digno & ingrato: tibi inimico, & in-
 odienti quàm exolo: tibi neglectori & contemp-
 tori: tibi iræ filio, & diaboli mancipio: tibi
 exuli à cælo, & inferni pabulo: tibi denique
 malitiâ tuâ obstinato, insepulto, inso-
 rido, cani ad vomitum, porco ad volutabrum luti
 ducto, & reverso: in omnem æternitatem
 sempiternam combustionem destinato, &
 damnato.

7. Annon ex toto Corde suo divino ama-
 te Deus, qui post Unigenitum suum, insep-
 tuoque misit & dedit tibi Spiritum suum San-
 ctum, per quem diffudit in Corde tuo Charita-
 tem suam, cujus templum fecit te: per quem
 & per cujus dona Sanctificavit te.

8. An non ex toto Corde suo divino ama-
 & amat te Deus, qui in præmium, in Vitam æ-
 ternam, in possessionem & hæreditatem, in fru-
 ctum, atque beatitudinem sempiternam, non
 solum aliud, quodcunque posset facere, tibi con-
 hibere bonum; sed semetipsum tibi exhibere
 offert, donatque: ita ut sicut ipse sibi est

felicittatis atque beatitudinis fons, origo, & immenſitas : ſic etiam tibi eundem ſeipſum tibi deſignet, ac attribuat in Bonum ſempiternum? Ego (inquiens) ero Merces tua magna nimis.

9. Videsné Homo, quomodo ex toto corde, ex totâ Deitate, ex totis viribus viſceribusque ſuis amat te Deus? quænam alia in Deo viſcera reperis, quænam ab illo alia: requiris, & ut te inſuper illis diligat concupiſcis? Non aliis viſceribus, non alio Corde, non alia Deitate ſemetipſum amat, & implet, & beatificat Deus: & ſufficit ſibi, ſic ſe amare in æternum: tibi autem homini, (ah cui homini!) non ſufficit ita amari à Deo: Neque enim vel ſic amatus, tuum amorem dignaris impendere Deo: tanquam ſcilicet inventurus ſis aliquid præ Deo, dignius Amore tuo.

10. Ac utinam ô Homo ſaperes, & intelligeres, & pervideres, illa viliffimarum vilitatum viliffima, illas nugas nugarum nugaciſſimas, illas turpitudinum turpitudines turpiſſimas, illas ſtultitiarum ſtultitias ſtultiſſimas, illas malitiarum malitias malitioſiſſimas, illas ingratitudinum ingratitudines ingratiffimas, illas minimarum minutiarum minutiffimas: propter quarum amorem, ſtudium, uſum, oblectationem, occupationem, homo imprudentiſſimus, atque ſcelentiſſimus impediri ſe ſinit, facit, gaudet; ab amando, potiundo, fruendo, hereditando illo bono, illo bonorum bono; illo ſummo bono, illo ultimo bono: Domino ſcilicet Deo ſuo!

11. Ehem homines? quousque pueri, quousque ſtulti, quousque nihil dignum homine, quousque nihil juſtum Deo, ſed tantum vana, tantum

S: D...
B...
per: 4547
Tom II
N: V
57

tantum mala, tantum fæda, tantum caduca, tantum pereuntia atque perdentia, tantum exosa & ingrata Deo, tantum æternam dæmonis rannidem damnationisque ejus Societatem cogitabunt laborabunt, suo æterno exitio, infernumque malorum lucro mercabuntur?

12. Boves ad herbam camporum creati sunt: Lupi ad carnes: Cervi ad serpentes: Canes prædam: Corvi ad Cadaver: Porci ad siliqua alia omnia Animalia, ad sua condita sunt cibaria & amant illa, norunt, appetunt illa, vivunt oblectantur, pinguescunt de illis. Homo autem conditus ad æterna, ad superna, ad casta, ad pudica, ad honesta, ad rationi consona, ad virtutem propria, ad cælestia, ad Christiana, ad Sancta, ad divina, ad ipsum Deum; horum nihil cogitat, nihil amat, nihil cupit, nihil curat, nihil querit: imò omnia hæc cum ipso etiam Deo, etiamque dilectione, & voluntate, & promissis, præmiis, aspernatur, præterit, contemnit. Volunt, fieri sicut equus & mulus: sicut canis & lupus, sicut corvus & porcus, sicut Sathan & Diabolus, quorum DEUS non est memor amplius.

13. O non sic homines non sic: non sic impii non sic: non sic stulti, & insipientes, egrotantesque corde: sed tandem, tandem desinite sapere ut parvuli, loqui ut parvuli, ambulare ut parvuli, ludere ut parvuli: evacuate ea quæ sunt in vobis, & incipite, & pergite, & peragite, & perseverate sapere, amare, operari quæ sunt in virorum pervenientium ad mensuram plenitudinis Christi: ut impleamini in omni plenitudinem Dei, & in augmentum ædificati

nis vestri
niam illi

O Du
mic

amoris t
impendif
& gustu
neglectur
nitatis su
rem tuum
qua sumu
que amen
& pro t
regnas e
quoque a
ritatem

F

Ex q

I. ST

minum l
ma tua
tua.

2. H

omnibu
ac in p
scripsit
quibus
etiam v
V.P.

nis vestri in Charitate: quâ diligatis Deum, quoniam ille prior dilexit, & diligit nos.

P R A X I S.

O Dulcis Charitas Deus: qui etiam dum adhuc inimici tui essemus, amasti tamen nos in plenitudine amoris tui: & universam substantiam Deitatis tuæ impendisti nobis; infunde quæsumus nobis, notitiam, & gustum, istius dilectionis tuæ: & aufer à nobis neglectum, contemptumque viscerosæ emanantis bonitatis super nos tuæ. Dedisti nobis Domine Amorem tuum, quo ab usque æterno amas nos: da etiam quæsumus illum Amorem tuum quo in æternum usque amemus Te. O Domine: amemus te per te, in te, & pro te. Regna tu in nobis Amatus noster; sicut regnas etiam Amator noster: ut amans nos, ameris quoque à nobis, diffundente Spiritu tuo Sancto Charitatem tuam in cordibus nostris. Amen.

EXERCITIUM IV.

Ex quibus libris Amor in Deum discendus est?

1. Statue te coram Domino Deo tuo: eumque tibi præcipientem audi. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota Anima tua, ex tota mente tua, ex tota fortitudine tua.

Deut. 6. 5.

2. Hanc legem, quia Deus observari vult ab omnibus semper, exactissime, æque, in magnis, ac in parvis rebus, occasionibusque: ideo descripsit, describique etiam fecit eandem in libris quibusdam multis, magnisque: characteribus etiam valde expressis: eos exposuit omnium

V. P. Druzb. Cp. V.

L

oculis:

S: Druzb.
per: 454
Tom II
N: V
5: 7

oculis: omnibus dedit accessum ad eos de
 etiam omnibus scientiam legendi in eis, & in
 ligendi omnia quæ in eis scripta sunt: ita ut
 mo sit penitus, qui ignorantiam legis hujus,
 que tam vulgatæ & promulgatæ præten
 possit.

3. Filiis Israël præceperat per Moysen De
 ut Decalogum, descriptum, ad fimbrias vestim
 ad volas manuum, seu ad extrema Manticar
 ad infima pileorum frontem legentium, alligat
 & ob oculos eorum ad omnem motum volu
 tem, sui que memoriam, & observantiam
 cantem, circumferrent. De Lege Charitatis
 ga se majorem diligentiam fecit Deus, in
 tabulis, paginis, libris, descripsit, & omnium
 culis admovit, omnium intellectibus insculptis
 omnium voluntatibus, affectibus, memoriis
 impresit eam.

4. Fatigabant Davidem sanctum, nescio
 sed valde multi, hâc unâ quæstione, dicentes
 ostendit nobis Bona? Intelligebant, vel certè
 ligere debebant per ista Bona, Charitatem, seu
 lectionem Dei, & legem de illâ à Deo latam
 enim dilectio, & simul lex de illâ, non est
 quod tantum bonum, sed est prorsus omnia
 na: quorum quæsito respondit Propheta. *Sig
 tum est super nos lumen vultus tui Domine: dedi
 titiam in corde meo.* Quæditorum, & quæstionum, M
 talium plenus est Mundus, plenæ omnes quæstiones,
 Mundi: omnibus autem his respondit, & satis
 cit David, frustra nimirum moveri hanc quæstionem que
 nem, cum signatum sit super omnes lumen
 tûs divini: in quo lumine, atque etiam in
 vultu Dei, legere quilibet potest, imò nemo

Pf. 4. 7.

Pf. 138. 6.

ere non potest, Legem de dilectione Dei ex totis, & in corde, ex cujus Legis lectione, magis autem observatione, impossibile est non dari, non fieri, non abundare lætitiã cordis, legem obervantis.

5. Sed accedendum est ad Libros, siue malis recere Bibliothecas relegendas, revolvendasque: in quibus lex, de diligendo ex toto Corde, & animã, & mente & fortitudine totã Deo, est descripta digito Dei.

6. Ecce autem; Primus liber, qui ita exaratus in manus cuique venit, est ipse sibi Homo quilibet. Parvus liber iste videtur, sed revera magnus est: & incredibiliter magna scientia dilectionis Dei ex toto corde, descripta est in eo: *Miraculis facta est scientia tua ex me: (ajebat David) exaltata est, & non potero ad eam.* In veritate namque, tantum est in unoquoque nostrum non scio, quin & alijs, de diligendo à nobis Deo scriptum à naturã ipsã, vel magis à Creatore Naturæ nostræ; ut ad terminum legendi perveniri non possit, nisi hoc modo, ut sciamus in toto libro latam. Pro, id est, in totis nobis, hanc unicam esse clauonem scriptam; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto Corde tuo.* Vide Personam tuam, vide Animate, vide Caput, vide Intellectum, Voluntatem, & memoriã, Judicium, Ingenium, Liberum argumentum, Mentem, & Animum. Vide potentias, & actiones, appetitusque Animæ. Vide corporis & anatomiam, juncturam, mutuam obsequium, & quælibetque tam varium, partes singulas, earumque lumen. Vide formam cujusque, robur, facultatem, molem, usum, capacitatem, perpetuitatem. In corpore humano, ultra sexcentos m-

G: D...
B...
per: 45...
Tom II
N V
5...



164 Ex. IV. Ex quibus libris Amor in Deum
sculos reperire est, singuli habent decem
usus, atque ita soli muscoli sex millia finiuntur
bent. In eodem corpore sunt ossa plura
tis, singula horum habent scopos ultra quadra-
ta: unde omnium ossium scopi sunt octo
bus plures: & tamen hæ partes corporis
tur esse rudes: in quibus tamen tam est
num hominis exactus artifex Deus. Qui
est exactior in Animâ, & potentiis ejus.
de supernaturalibus dicam infinitis rerum
lentiis? de remissione peccatorum, & præ
temporalium, æternarum, spiritualium: de
ficatione, de filiatione Dei adoptivâ, de
sanctificante, auxiliante, de meritis, &
operum nostrorum ad vitam æternam, de
tudinis æternæ promissione, adeptione,
ne, de Virtutibus incipientium, proficien-
perfectorum: de gradibus perfectorum,
cramentis, Sacrificio, Ecclesiâ, Donis San-
ritûs, & universim de toto Christo, ejusque
conomiâ, totâ in salutem hominum æternam
spositâ, dispensatâque. Hæc omnia in
inculcant & inelamant homini: *Diliges Deum
Deum tuum ex toto Corde tuo*: id enim
exigit ab Homine, hominis factor, & beneficia
Deus: quod paulò distinctius indicavit
ab omnibus omnino rebus, homini inelamantibus
tres voces; *Accipe, Redde, Fuge*:
Accipe beneficium, Redde debitum, Fuge supplicium.
erga te. *Redde debitum dilectionis tuæ Deo.*
Deo debitæ abste. Quæ ipsa supplicii com-
tio, beneficium est exigens debitum dile-

Ex. IV. Ex quibus libris Amor in Deum &c. 165

Dei ab homine. Deus enim non ideo condidit
minaturvè infernum, ut mittat, sed potiùs, ut
non mittat ad infernum: potiùs (inquit) ut o-
mnes fugiant infernum, & Deus nullum habeat,
quem mittat ad infernum: reddentibus omnino
Deo dilectionis ex Corde toto debitum. quid
anim habet homo quod non acceperit? si autem
accepit, quidni dilectionem, gratiarum actionem,
& laudationem ei debeat, eique reddat, à quo
universa quæ habet, unà cum semetipso accepit.

7. Alius Liber totus pariter dilectione Dei,
& præcepto de illâ toto Corde totâque Animâ,
& Mente, & Virtute impendenda scriptus, &
exaratus, est Univerfus iste Mundus: cum omni-
bus quibus est à Deo impletus, ordinatusque,
ac in usum & obsequium hominum destinatus.

De hoc libro dixit Propheta Moyses: *Vidit Deus*
cuncta quæ fecerat, & erant valde bona: dixit de
eodem libro alius: Celi enarrant gloriam Dei, &
opera manuum ejus annuntiat firmamentum. Dies
eiusque diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.
Innumera & obvia sunt ejusmodi Sacræ etiam
in Scripturæ de hoc libro, & scriptis in eo Dei lau-
dandi, amandique præceptis. Solummodo ne-
cessaria est diligens & perspicax libri hujns lecti-
& benedictio: quot enim Creaturæ sunt in eo, tot sunt
paginae. Legebat ille, qui dicebat: *Domine Do-*
minus noster, quam admirabile est Nomen tuum in
universâ terrâ. Elevata est Magnificentia tua super
celos. Elevaverunt flumina Domine vocem suam.
Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Domi-
nis. Legebat & ille qui dicebat. *Vide Arcum*
(nubium) & benedic eum qui fecit illum: quod hic
de unius Iridis aspectabili decore mandat; istud

G: D...
B...
per: ...
Tom II
N V
5

Gen. 1. 31.

Pf. 18. 1.

If. 8. 2.

Pf. 92. 4.

Eccl. 43. 12.

de omnis Creaturæ aspectu meritò faciendus, & p
 Vides cælum: benedic eum qui fecit illud. que emu
 des solem, lunam, stellas; benedic eum qui Arrogant
 cit hæc. Vides Aërem & Volucres ejus. Atherio ma
 & pisces ejus: benedic eum qui ista fecit. Atherigo
 videns omnes Creaturas, oculis mentis inv. Clavis Ca
 les, oculis carnis visibiles, benedic eum qui gellum, 3
 cit illas: & ex toto corde tuo dilige eum: atrix, Doc
 niam propter te, & propter usum tuum. Animortu
 corporalem quàm spiritualement fecit illas. di, Lucer
 & hinc etiam, Accipe beneficium muneris: planatrix
 de debitum dilectionis: fuge supplicium non presentiu
 pensæ servitutis atque Amoris. tatis Dei,

8. Tertius Liber de dilectione Dei, Deo tum Sapie
 bis debitâ exaratus, est Liber Sacræ Sempiternorum
 quæ non est ab humano sensu reperta; sed Sinexhaust
 ritu Sancto Dei inspirati, Dei homines, sus optim
 exarârunt, & hominibus legendam tradidit beatitudin
 In hoc igitur divino libro: hoc unum præscientiæ &
 bus legatur, & discatur, & opere exerceatur. sunt Sacra
 Deus cognoscatur, diligatur, honoretur. Venes thei
 pagina, nulla periodus, nullus apex divina plus ingen
 pturæ caret hac omni utilitate. Est enim beneficium
 Scriptura, Sermo Dei, Verbum veritatis, in ejus: V
 mentium, Legis æternæ promulgatio, Mentiam,
 cordium, Animarum præservans, conferens, piet
 fanans Medicina. Inflammatio frigidorum, toto corde
 mulus tardantium, Manuductor ad Deum turæ, &
 structio ignorantium, Dux errantium, Læ jugiter
 milium, Frenum præsumptuum, Absorptivum Mandatum
 perborum. Est plana simplicibus, inaccessibilem ex
 fidentibus, Impertransibile Mare, Originem hoc est eni
 dinem explicans Naturæ, Secretaria spiritus omnis ho
 gratiæ, Enarratio Magnalium Dei, Modus 9. Qu

faciendū, & purgati cordis; Magistra, Cordis quo-
 t illud. que emundatio, Inflatae mentis conformitas,
 eum qui Arrogantiae caecatrix, Liber totius Mundi Magi-
 us. Aq. Herio major, Thesaurus sensuum, Mysteriorum
 fecit. Beaturigo, Magistra Virtutum & verae scientiae,
 ntis inv. Clavis Caeli, Filiorum Dei gloria, Impiorum fla-
 eum qui gellum, Electorum & reproborum discrimina-
 eum: trix, Doctrinae disciplinae Dei, Speculum omnium
 tuum. Animorum, Correctrix vitiorum, Norma viven-
 illas. di, Lucerna Dei lucens in Caliginoso loco, Ex-
 uneris: planatrix Sanctitatis, & justitiae, Praeteritorum,
 ium no. praesentium futurorum historia, Alveare Volun-
 tatis Dei, Mellificium divini Timoris, Deposi-
 ei, Deo. tum Sapientiae arcanorum, beneficiorum, pro-
 ae Sem. mifforum, decretorum. Terra Charitatis aurum
 rta; sed inexhausta copia ministrans, & aurum terrae hu-
 mines, jus optimum est. Index salutis, perfectionis,
 tradidit beatitudinisque aeternae. Lydius lapis omnis
 m pra. scientiae & conscientiae. Hac, & alia innumera
 xerceat. sunt Sacrae Scripturae bona, & hi illius indefici-
 retur. Ventes thesauri atque fructus: sed Universum il-
 x divina. lus ingenium, officium, propositum, atque be-
 t enim. neficium est, praedicare Deum, exaltare glori-
 eritatis, um ejus: Voluntatem enarrare: servitium, & obe-
 gatio. dientiam, venerationemque persuadere: Timo-
 , confere. rem, pietatem, dilectionem super omnia, & ex
 idorum. toto corde exigere. Librum ergo Sacrae Scri-
 d Deum. turae, & sermones Domini Dei nostri pariter,
 ium, La. jugiter omnes audiamus. *DEUM time, &*
 Absor. mandatum ejus observa. *Diliges Dominum Deum* *Eccl. 12. 3*
 inaccet. tum ex toto Curde tuo, & ex tota Anima tua. *Deut. 6. 5*
 riginem. hoc est enim omnis homo: & sine hoc nihil est
 ria sp. omnis homo:

Mod. 9. Quartus liber Dilectionis Deo à nobis de-

S: D. 12. 3
 Sicut
 per: 12. 3
 Tom II
 N. V
 3. 7

bitæ, ex totisque Cordis & Animæ viribus emittenda, scientia atque præcepto exaratus est. Hic est liber Vitæ. Hic liber est scriptus in interiori vinitate, foris Humanitate. Hujus libri legere desiderio; *flebat multum Ioannes: eo quod non esset dignus aperire, neque aspicere illum, & solvere septem signacula ejus.* Quis enim solveret Decretum de redimendo homine per ipsam Personâ Deum? 2. Quis solveret Figuram Prophetiarumque obscuritatem, & dilationem? 3. Quis solveret desponsatæ Viro, in Matrimonio Dei electionem? 4. Quis solveret conceptionem Hominis Dei, ex homine Virgine de Spiritu Sancto? 5. Quis solveret Deum Hominem in stabulo, & præsepio, totâ vitâ pauperem, humilem, contemptum? 6. Quis solveret persecutionem Dei, Passionem, Crucifixionem inter latrones? 7. Quis solveret Mortem in sepulchrum Redemptoris & Salvatoris Agni? 8. Quis aperuit omnia sigilla, librumque solvit? 9. Quis aperuit Tribu Juda: JESUS in resurrectione suâ, vitam, peccatum, infernum, diabolum, & damnationem hominum, vincens, atque triumphans? Hunc librum unum, solumque lectitabat alius.

1. Cor. 1. 23. Paulus, unde & dicebat: *Nihil arbitratus sum scire inter vos nisi JESUM, & hunc Crucifixum, quod dicitur dæis scandalum, gentibus stultitiam, Dei autem dicitur Virtutem & Sapientiam.* Ad hunc librum legendum una tantum est Clavis Dilectionis, scilicet, & cognoscere dilectionem, & æstimare dilectionem, reddere & retribuere dilectionem. Hâc clavis usus est ipse Dominus.

Jo. 15. 13. dixit enim: *Majorem hac dilectionem habet*

quàm ut Animam suam ponat quis pro amicis suis.
 Hanc clavem idem Dominus Nicodemo ostendit. Sic enim Deus dilexit Mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut mundus salvetur per ipsum. JESUS ergo totus, maxime verò Crucifixus, est Liber, in quo tota Charitas descripta est: Hunc legit qui diligit: & contrà, qui diligit, hunc legit. Legit librum, & scientiam ejus devoravit, & factum est in ore ejus quasi mel dulce: Nihil enim dulcius Charitate: venter autem ejus amaricatur: zelo & dolore, quia Amor non amatur: quia Deus, qui nos ex toto Corde suo, totâque mente, & virtute suâ (quæ omnia Christus est) dilexit, non diligitur: quia liber totus amore non scriptus, non legitur, non relegitur, non capiti quasi corona circumdatur: non per singulos passus pronuntiatur. Ideo egemus Charitate; (& nulla est egestas gravior, nocentiorque, Charitatis egestate:) quia librum istum JESU Christi Crucifixi non legimus: si hunc lectitaremus, utique in dilectione JESU maneremus: & Voluntatem ejus faceremus: & Pater ejus diligeret nos, & cum illo, atque cum Spiritu Sancto, veniret ad nos, & mansionem faceret apud nos. Totis ergo animorum medullis, totis præcordiorum affectibus, Librum JESU Christi Crucifixi legamus, relegamus, diu, noctuque meditmur: & illum super omnia, unâ cum ejus Deo Patre, Spirituque Sancto, ex toto Corde, totâ Animâ, Mente, atque Virtute diligamus. Aliàs qui non amat Dominum JESUM, anathema: Maran Atha.

Jo. 3. 16.

Ezech. 3. 3.

II. Quintus liber, exaratus, & præcepto dilectionis, Deo debitæ, à nobisque ex toto Corde exhibendæ semper, est ipsemet DEUS: DEUS enim

L 5

Handwritten notes on the right edge of the page, including:

- Jo. 3. 16.
- Ezech. 3. 3.
- Jo. 3. 16.
- Ezech. 3. 3.

1. Jo. 4. enim Charitas est, & qui manet in Charitate, in Deo manet: ille autem in Charitate revera manet, qui ex toto Corde, & ex totâ Animâ, ac Mente, Virtute Deum semper amat. Ut verò id quod strenuè, & libenter, constanter, fructuoseque exequatur, opus est, ut multus, ne dicam totus sit in lectione hujus libri qui Deus est: & in cognitione, ac per investigatione, ac scientia Dei: scilicet quid Deus est. Ignoti enim (ut vulgò dicitur) nulla cupido: sic & Deus nisi cognoscatur, consideratione legatur, atque discatur, diligere nobis non potest: eam ob rem, prima & summa dilectionis, & quæ ex dilectione Dei manat, omnis virtutis, atque perfectionis regula, est Scientia, & Cognitio Dei, fidesque in ipsam, aut certè (quòd Cæli proprium est) visio illius. Quæ cognitio Dei, quo perfectior est, eò magis ducit & adducit ad Dei amorem, omnemque dignum Deo affectum: & in eo radicat mentem: immobiliter quidem in Beatis, in mortali- libus verò plus minus constanter, pro firmitate aut infirmiore nostrâ de Deo scientiâ: proprie- rea Dominus noster afferebat; *Hæc est vita æterna, ut cognoscant (homines) te Deum verum, & quem misisti Jesum Christum.* Paulus etiam sa- pissimè orat, & optat Christi fidelibus, ut cre- scant in scientiâ Dei, in cognitione veritatis, in scientiâ supereminentis Christi Charitatis. Illa enim Notitia, excitat in nostro Animo Amorem & aestimationem DEI: Amor excitat studium Justitiæ, sanctitudinis, & rectitudinis, jubetque ac facit ea, quæ Deo placita sunt facere semper. Eadem Dei notitia, hunc affectum quem excita- vit in nobis, servat, auget, perficit. Unde idem

Jo. 17. 3.

est certa & absoluta omnis nostræ coram Deo re-
ctitudinis, & perfectionis regula, nec non æter-
næ salutis consummatio. Sed non loquor hîc
de notitiâ Dei ac Divinorum, merè speculativâ,
nec ultrâ cognitionem procedente: hæc enim
parùm prodest: sæpè multùm obest: quoniam
scientia inflat: loquor ergo de tali notitiâ Dei &
bonorum illius, quæ ex sese pullulat in affectio-
nem; hoc est: ex quâ mens assurgit in admira-
tionem, appretiationem, dilectionem, benedi-
ctionem, gratiarum-actionem, subjectionem,
venerationem, timorem, imitationem, conversa-
tionem, colloquutionem, laudationem, deside-
rium, famem, unionem, & fruitionem Dei: de-
scendit verò eadem mens ex hâc ipsâ notitiâ Dei,
in notitiam sui, in diffidentiam, in humilem de se
sensum, in abjectionem sui ad Deum, & ad omnes
propter Deum: in contemptum mundi, in amo-
rem patientiæ, in odium & fugam peccati, &c.

12. Talem Dei notitiam qui negligunt, in iis
nihil esse bonæ & sanctæ mentis affectionisque
omnino certum est: & utinam hoc infinitis ex-
emplis, etiam inter ipsos Christianos non sit
comprobatissimum. Unde enim adeo redun-
dant scelera? unde mores Dei Voluntati & do-
ctrinæ Christi per omnia contrarii? unde tanta
raritas veræ Virtutis, atque bonæ operationis?
unde tanta crassities, incapacitas, stupor, ad spi-
ritualia, ad supernaturalia, ad æterna, ad divina?
unde tantus contemptus, ac oblivio sacrorum,
& omnium ad Dei venerationem, Voluntatis,
præceptorumve Dei executionem, nec non ad
salutis æternæ studium concernentium, præteri-
tio,

S: D...
B...
per: 4542
Tom II
N: V
5...

tio, omiffio, dilatio, illufio? Ut magis gentiles quàm Christiani effe videantur.

Sap. 15. 3.

13. Nimirum hodie apud Christianos, nihil Dei cognitione, memoria, præfentiâque negligētius. Nihil etiam apud eosdem trādiofius, & ingrātius, quàm divina cogitare, meditari, legere, loqui, iis affici: fed acfi talia agere, effet otioforum, aut ineptorum, aut nihil fapientium, ita his tempus ponere, effe illud perdere, putant qui alioqui in terrenis, in carnalibus, in fpurcitatibus ac fæditatibus, infiniti, fagaciffimi, & infatigabiles funt. Nimirum ficut *nofse Deum* (verba fpiritus Sancti) *confummata iuftitia eff*, & fciſcire Iuftitiam ac Virtutem Dei, radix eff immortalitatis: ita contrario modo, ignorare Deum confummata iniquitas eff: & non noffe Iuftitiam ac Virtutem Dei, radix eff æternæ damnationis. Omnis enim peccans, ignorans eff: & ante omnia abijcit à fe circumfpectionem Dei: & quali corde; Non eff DEUS: aut nescio Dominum, non obedio, non intendo fermonibus, & præceptis ejus. Sicut è contrario, omnis qui benè agere amat lucem, & venit ad illam, Deum providet in confpectu fuo femper, ejusque timor & lex, & amor ante oculos ejus eff omni tempore: & cetera rat cupitque effe juxta cor Dei, faciens omnes voluntates ejus femper.

14. Omni ergo tempore, & ab omni homine lectitandus eff hic Liber Deitatis: & per hoc in Dei cognitione, ex hac in dilectione, æftimatione honore, laude, reverentiâ, fubjectione, imitatione, unione proficiendum.

15. Et quia infinitus, immenfus, ipfaque abfoluteffus, Effentiæ, DEUS eff, infinita funt in eo, quæ

legi in libro ejus Deitatis possint : sed ad hæc quis idoneus , in hac præsertim vita ? in aliquot ergo classibus disponi, & disposita legi considerari, ex eisque Amor Dei addisci, & ipsa Deitatis bona possunt.

16. In Prima classe, sint, & legantur ea, quæ Deum & ejus Esse constituunt : ut divinitas ipsa, seu Deus. Ens à se. Est qui est. Unitas, seu unus Deus. Trinitas personarum in una numero Essentiâ, Processiones Personarum. Patris à nullo: Filii à Patre nascentis ab æterno & consubstantialis: Spiritus Sancti à Patre Filioque procedentis, utrique consubstantialis.

17. In secundâ classe sint & legantur perfectiones Dei, quæ sunt quidem in re ipsa, idem quod Essentia Dei, ad nostrum tamen captum cogitantur, & ad amandum, imitandum, honorandumque proponuntur, tanquam distinctæ & plures. Harum aliæ sunt quæ primariò Deum respiciunt: aliæ verò, quibus Deus Creaturas respicit. Prioribus sunt: Vita Dei, Veritas, Charitas, Sapientia, Omnipotentia, Bonitas, Perfectio, Sanctitas, Dignitas, Pulchritudo, Suavitas. Posteriores sunt, Potestas & Dominium absolutum Creaturarum, Providentia, Gubernatio & Conservatio: & in his Electio, Prædestinatio, Reprobatio, Veritas, Benignitas, Beneficentia, Justitia, Ira, Misericordia, Clementia, Patientia sive Sustinentia, Charitas, Finis ultimus, Summum Bonum, Vita & Beatitudo æterna.

18. In tertia classe sint, & legantur Perfectiones quasi communes, tam Essentiæ, quàm ejus attributis, modò enumeratis: tales sunt: Æternitas tam ab ante, quàm in post, Infinitudo, Simplicitas,

G: D...
Sicut
per: 4552
Tom II
N: V
5...

itas, Immutabilitas, Incomprehensibilitas, Inmensitas, ubique Præsentia.

19. Hæc pro modulo cuique homini recogitanda: ita ut ex recogitatione enascatur Dei æstimatio, pretium, honor, amor, desiderium, laus, reverentia, subjectio, exaltatio, gratiarum actio.

20. Hæc etiam populis, pro captu, per patres, sæpè intimanda: ut sciant omnes Deum esse, & quis, ac qualis, & quantus sit noscant: quod scilicet sit Creator omnium, exinde Dominus, Pater, Benefactor, Medicus, Salvator, Judex, Remunerator: ex quo omnia: cuius sunt omnia, cui homines quidquid sunt debent: cui obedire, subdiper omnia tenentur; cui amorem ex toto Corde, & Animâ, & Virtute semper rependere obligantur: aliaque his similia: quæ Deo homines ob suam ad illum conditionem, & ob Deum ipsos, & super ipsos Dominium, beneficentiamque tenentur præstare. Revera enim, quia ista similia, homines de Domino Deo suo non edocentur; ideo immanis est inter eos inscitia: & Dei dominatus beneficentiæque ejus, & obligationum debitorumque ab hominibus DEO negligentibus exindeque multiplicatissima Dei offensa, & salutis eorum certissima, & frequentissima discrimina.

21. Sextus Liber, ex quo Lex amoris Dei super omnia legenda & discenda est, Conscientiæ cuiusque est. Hic liber suus cuique est: hic liber in Judicio cuiusque relegetur: hic liber nunc dum vita superest crebrò revidendus, & lectitandus est: videndumque in eo, quid desit ad Charitatem Dei super omnia, & ad dilectionem ex toto

de? quid sit in eo quod censuram oculi iudicii que
 divini mereatur? Vide ergo, o homo! in Libro
 Conscientiæ tuæ; 1. Admissa à te mala, Corde,
 ore, opere. 2. Omissa à te bona, pariter Corde,
 ore, opere. 3. Facta à te bona quidem, sed im-
 perfectè, negligenter, & ingratiè divino gustui.
 4. Accepta bona & beneficia obsequiaque Natu-
 ralia, à Deo, à teipso, qui tibi beneficium Dei es,
 à Creaturis omnibus. 5. Accepta bona & obse-
 quia supernaturalia à Deo, à Christo, ab Ange-
 lis, à Dei Matre, à Sanctis, ab Ecclesiâ. 6. Ob-
 ligationes exinde natas in te erga Deum, amoris,
 gratitudinis, laudis, venerationis, &c. Plura
 de hoc conscientiæ libro legendo, videantur in
 parte de Contritione.

22. Septimus Liber docens nos dilectionem
 Dei super omnia, est sui nihili: de cujus cogni-
 tione etiam actum est, parte propria: unde hic
 nihil addendum videtur.

23. Octavus Liber est amoris Dei super o-
 mnia in nobis fundando utilis est, Liber Cæli &
 Beatitudinis æternæ: qui liber sufficienter, quan-
 tum ad præsens, traditus est parte sua propriâ.

P R A X I S.

DA nobis Domine DEUS noster, lumen gratiæ
 tuæ sanctæ in intellectu; ejusdem efficaciam in
 affectu: denique ejusdem perseverantiam finalem, in
 omni tibi placentis boni inceptu, ut præceptum Dile-
 ctionis tibi à nobis debita, & ex nostri ipsorum, &
 ex totius Universi, & ex divinæ Scripturæ, & ex
 IESU Christi DEI Hominis pro nobis facti, passi &
 in Cruce mortui, & ex tuæ quoque divinæ Majesta-
 tis, nec non in nos bonitatis, charitatis, profusionis-
 que,

S: D. 175
 per: 4852
 Tom II
 N: V
 5

que, cognitione, ediscetes; toti, & omnes, & per, in omni tibi placitâ Virtute proficiamus, ac tiffimum te Dominum DEUM nostrum, omnis nostri fontem, omnisque Charitatis sedem, ac trum, super omnia, ex toto Corde, ex totâ ex tota Mente; ex totâ virtute, efficaciter, ter, constanterque diligere condiscamus, & scamus.

EXERCITIUM V.

Quæ sit Excellentia Amoris nostri in DEUM.

1. **S**Tatue te coram Domino Deo tuo, eum tibi mandantem, ac dicentem audi. *Dent. 6. 5. liges Dominum DEUM tuum ex toto corde tua, ex tota mente tua, ex tota virtute tua.*

2. Maximum præceptum: quia & majus ei præceptum est. Quid enim majus Deo diligere jubetur? quid majus dilectione, quæ pendit Deo jubetur? quid denique majus est eoque negotio, ad quod peragendum totus cor, tota anima, tota mens, tota virtus, totaque hominis exigitur, & exhauritur?

3. Non potest esse parva & vilis res Deum quam Deus (bonus utique & prudens æstimat) tam vult; ut nihil aliud, sine illâ & præ illâ tam vult; ut totam absolutè velit: & sibi, & sibi, & semper soli sibi integrè velit, & ab aliis bus velit.

4. Quid autem tantoperè placeat Deo nostro Amore nostro? Est in primis illemet ipse qui datur: quia scilicet ipsiusmet in eo Natura &

ia, & dignitas divina, non tantum honoratur amore, sed etiam dignè honoratur: neque in so- lum sed etiam ipsemet DEI erga semetipsum amor, imitatione, impari quidem, quoniam Crea- ta, suppari tamen, quia totali, & non divisâ affe- ctione amatur.

5. Aliud verò, ob quod Deus, adeò se amari ex toto Corde & Animâ, vult, ac jubet, & gaudet; est ipsa Natura Amoris, sive amorosâ affectio- nis: quæ in ordine creato, est omnium præstan- tissima, Deoque sola dignissima. Nullus enim excogitari potest affectus mentis Creatæ, quo Deus ab illa coli dignius debeat, & possit, quam est Amoris. Omnes alii affectus nostri & actus ad Deum, faciunt nos aliquid Dei, v. g. Cre- dentes in Deum, aut de Deo, aut Deo: Speran- tes in Deo, & à Deo, obediens mandatis Dei: & similia; quæ tamen absque dilectione impensa Deo, non placent coram Deo: nec nos faciunt placitos illi: at Amor Dei, & placet Deo, & facit nos bonos, placitosque Deo: facit amicos, & gratiosos, filios, sponsas, pos- sessores, fruitores, beatos Deo, insuper quâ po- tior nostra est, Beatum facit ipsum Deum. Est enim quædam beatitudo Dei, amari à suâ crea- turâ, ad quod & ab ipso condita est; ideo cum quærimus sitne aliquis Bonus? non quærimus quid credat? aut quid speret? aut quid agat? sed quid amet.

6. In divinis Pater & Filius per hoc maximè, viscerosissime, suavissimeque secum occupan- tur; seseque mutuo perfruuntur; quia sese mu- tuo amant: & ita amant, ut hic Amor sit eis sub- stantialiter Personalis: sitque Spiritus Sanctus, præter Trinitatis Persona: cujus rei ad instar, V. P. Druzab. Op. V. M Mens

G: Druzab.
Bibli
per: 4542
Tom II
N: V
5

Mens quoque creata per hoc maximè visceratiorum
 ter in Deum se effert, atque infert, Deoque quædam Deo
 tur, quia illum amantem se vicissim redamat. 8. Un
 eumque immigrat, non personaliter, aut subtra
 tialiter, affectione tamen & Vnione Carnem habe
 illius, quæ diffunditur per Spiritum Sanctum in
 dibus: & eo modo, quo, qui, adhæret Deo, quid ope
 spiritus est cum illo. enim cad
 certè solu

7. Habet etiam Amor Dei cum Spiritu Anima sin
 eto similitudinem in hoc; quia Spiritus Sanctus placeat, l
 quoniam procedit ut Amor, procedit etiam valde, Pa
 ratione primi doni: estque primum donum parum e
 ratio donorum omnium, quæ Deus dat: linguis, h
 enim ea dat nisi per Spiritum Sanctum, per omnem fia
 multa & varia dona dividuntur membris Cuius omnes
 seu mentibus nostris: juxta illud. *Divisiones tradidero*
tiarum sunt, idem autem Spiritus. Sic & A autem no
 noster in Deum quatenus nobis à Deo ad Hæc Apo
 primus omnium donorum advenit: Deus homines
 ideo aliquid dat, quia bonum ei vult, cui tam vitar
 bene autem alicui velle, est illum amare: trum in
 omne ergo donum, est amor volens bonum centibus
 cui dator donum. Idem Amor noster in Deo sequun
 quatenus à nobis in Deum tendit, primæ charitatē
 omnium obsequiorum nostrorum quæ Deo viv
 mus Deo: si ea offerimus ideo, quia vult contra
 placitum Dei: quod est bonum Dei: si enim Dei vive
 ter illa facimus; non obsequia, sed offensæ omnibus
 cimus: nec placitum, sed displicitum Dei sequente
 mus. Proinde etiam Amor noster in Deum 9. Ea
 mus est omnium nostrarum Voluntarum, magis an
 fectionum in Deum: sine quo nullus alius debet; q
 ctus noster placet Deo: & ipse est radix omni to, in G.

1. Cor. 12.

ne vicerum affectuum Virtuosorum, & placito-
deoque Deo.

8. Unde qui Amorem Dei in se non habet,
aut frustra & in vanum cætera omnia habet: si ta-
men habet, & non magis videtur sibi habere: at
sò: frustra etiam & in vanum operatur quid-
et Deo, quid operatur; si tamen operatur: quomodo
enim cadaver sine Animâ nihil operatur; (aut
certè solum fætores & horrores operatur: ita

Spiritus Anima sine Charitate nihil operatur, quod Deo
tus Sano placeat, salutique proficiat: Quod graphicè
dit etiam valde, Paulus inculcat fidelibus, quanquam
duntaxat parum ejus inculcationem, attendentibus. *Si*

us dat: *linguis, hominum loquar & Angelorum, si habuero
m, per omnem fidem, ita ut montes transferam, si tradide-
bris: pro omnem substantiam meam in cibos pauperum si
ivisionem tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem*

Sic & *autem non habuero, nihil sum, nihil mihi prodest.*

Deo ad Hæc Apostoli verba certè seria, & efficacia, ita
: Deus homines Christiani non attendunt, ut passim to-
lt, eam vitam suam, in statu peccati mortalis, mor-
amare: tum in spiritu cadaver, fætentibus & putre-

is bonis Animabus suis transigant, per quod
ter in Deo sequuntur, ut quoniam extra Dei gratiam &
t, primè charitatem vivunt, & operantur, frustra coram
a quæ Deo vivunt, & sine ullo salutis merito operentur.
uia volent contra interim Justis, sive in Gratia & Amore
i: si enim Dei viventes, atque ex amore operantes, ex
l offensa omnibus operibus suis fructum salutis sunt con-
um Dei sequentes.

9. Eam ob rem, Christianus quisque nihil
tarum, magis amare, & æstimare in suâ vitâ curareque
us alius debet; quàm ut omni vitæ præsentis suæ momen-
adix omni, in Gratia & Charitate sit: in eaque, & ex eâ

S: D. P. R.
S. C. I.
per: asat
Tom II
N. V
S. V.

1. Cor. 13.

operetur: ac denique ut in eâ singulis quoad operosa i
 momentis proficiat, & succrescat: Nihil autem pit, ad qu
 æquè abhorrere ac defugere debet, quam ut servit, ex
 unquam vel ad Momentum à Charitate gratia quâ obed
 excidat: proficiendivè in eâ, ullam occasionem propter q
 prætermittat: revera enim, nisi status damnata conten
 nis involvat statum peccati, & extra gratia quâ, nec
 charitatemque; magis est abhorrendus factus 11. E
 dusque, status peccati, quàm status inferni. est virtus
 que ipse Deus damnatos idcirco odit quia fluctus se
 ferno sunt: sed ideo quia sine Amore Dei, De hac di
 statu peccati, inferno digni sunt. modo er

10. Amor, & Caritas in Deum, sanctitas potest, q
 ra, & propriâ perfectio sanctitatis est: recta curras, vi
 luntas, ab omnibus terrenis ac præsentibus mortalis
 sus averfa, Deo inseparabiliter unita, igne Spiritus Sancti à quo est, & ad quem refertur in
 fa, omnis inquinamenti extranea, corruptas violen
 mutari nisi in melius, sive in perfectiorem sunt 12. I
 dum nescia, superior omnibus quæ carnaliter & Creat
 liguntur, affectionum omnium potentissima, magnum
 vinæ contemplationis avida, & præsentia fluit Diliges D
 fa. In omnibus semper invicta; Omnium bonorum ex totâ A
 rum actionum summa, Radix, medulla, virtute t
 Regina Virtutum, Salus morum, finis celestium amplius r
 præceptorum, Mors criminum, Vita bonorum, & virtutis: &
 operum & Virtutum, Virtus & robur pugnantis, omn
 Palma victorum, Anima sanctarum mentium unum sur
 causa meritorum bonorum, præmium perfect
 rum. Hæc in peccatis suis mortuos suscitatur
 guentes sanat, perditos instaurat, spem deserta
 tis inspirat, pacificas mentes inhabitat, fructu
 sa in pænitentibus, læta in proficientibus, gloria
 sa in perseverantibus, victoriosa in Martyrum
 oper

operosa in omnibus fidelibus: Quam fides concipit, ad quam spes currit, cui profectus omnium servit, ex quâ quidquid est boni operis vivit, sub quâ obedientiâ crescit, per quam Patientia vincit, propter quam devotio religiosa carnis blandimenta contemnit. Sine quâ nullus Deo placuit, cum quâ, nec potuit aliquis peccare, nec poterit.

11. Ex his intellige vim Charitatis, Ipsa enim est virtus quam nemo vincit: hujus ignem, nulli fluctus seculi, nulla flumina tentationis extinguunt. De hac dictum est; fortis est ut Mors dilectio. Quomodo enim quando Mors venit, resisti ei non potest, quibuslibet artibus & medicamentis occurras, violentiam mortis vitare non potes, quia mortalis natus es; sic contrâ violentiam Charitatis, Mundus nihil potest: sed quomodo mors ad auferendam vitam violentissima est; sic Charitas violentissima est ad salvandam Animam.

Cant. 3. 6.

12. Diligenter ergo, quisquis te Hominem, & Creaturam Dei cognoscis, audi, & exequere magnum Mandatum Dei dicentis, ac jubentis. Diliges Dominum Deum tuum ex toto Corde tuo, ex totâ Animâ tuâ, ex tota mente tuâ, & ex totâ Virtute tua. Qui sic diligit, legem implevit, & amplius nihil debet: plenitudo enim legis est dilectio: & omne mandatum de se solâ delectione est, omniaque præcepta in radice delectionis, unum sunt, atque si hoc unum fiat, sufficit.

P R A X I S.

Omnipotens, sempiterna, idemque Charitatis largitor DEUS: da nobis Fidei, Spei Charitatis, augmentum: & qui Charitatis dona, per gratiam Spiritus Sancti tuorum fidelium cordibus infundis,

S: Dicitur
Sicut
per: usque
Tom II
N: V
5



182 Exerc. VI. Quod Amor Dei gravia alle-
dis, da cordibus nostris inviolabilem tua Charitas
affectum, & gressus nostris in semitis tua dilectione
perfice, ut te totâ Virtute diligamus, & ea que
placita sunt, totâ semper dilectione perficiamus.
Dominum nostrum, &c.

EXERCITIUM VI.

Quod Amor Dei gravia alleviet, levia ag-
vet: & aliena, sua faciat.

1. **S**Tatue te coram Domino Deo tuo: *Deut. 6. 5.*
tibi præcipientem audi. Diliges DEUM
ex toto Corde tuo, ex totâ Animâ
ex tota Mente tua, & ex tota Virtute tua.

2. Magnum & mirabile Mandatum:
præsertim aggravatione: quia ex toto Corde
totâ Animâ, ex totâ Mente, ex tota Fortitudine
impleri jubetur. Non habet hanc in se
nem, præceptum de fide, de spe, de timore,
humilitate, de obedientiâ, de justitiâ, prudentia,
temperantia, fortitudine, misericordia: sed
ritas, & delectio Dei, cum hoc onere præcipitur
ut ex toto Corde, & ex tota Anima, Mentem dico
Virtute impleatur.

3. Quis hominum potest metiri totum
suum, totamque Animam, & mentem, &
tem suam; ut vel sciat, vel affirmet, vel se
fit, se ex toto Corde, Animaque tota diligere
nihil vel deficere, vel excedere indiligendo?
fessus est aliquando David (& quis secundum
Dei sicut David?) & dixit: *Psf. 9. 2.* Confitebor tibi
in toto Corde meo: verum tamen excepto
ne Uriæ. Ezechias quoque confessus est

Charitas dicens: Obsecro Domine, memento quæso, quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in Corde perfecto: & quod placitum est coram te, fecerum; Nihilominus in jactantiâ divitiarum coram Babylo- niis displicuit Domino: sic scilicet dilectio Dei ex toto Corde arduum quiddam est.

VI. 4. Attamen ista aggravatio & arduitas adeo est admirandæ Naturæ; ut dum aggravat alleviet, & tantò quidem alleviet magis, quantò aggravat magis: propter quod Joannes Apostolus non dubitavit de mandatis Dei dicere: Hæc est enim Charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus: quod si nobis fiat, mandata ejus gravia non sunt; levissima enim illa facit Charitas Dei. Ad quam etiam notam ipsemet Dominus, admonens nos tollere jugum ejus super nos, addit: jugum enim meum suave est, & onus meum leve. *Matth. 11. 30.*

5. Quod Domini pronuntiatus, inde plus habet admirationis, quia videtur aliis ejusdem pronuntiatis repugnans. Cum enim idem Dominus noster seriò affirmat; *Nolite putare quia veni solvere legem: non veni solvere sed adimplere. Audistis quia dictum est antiquis. Non occides: ego autem dico vobis: Nolite irasci omnino: dictum est antiquis: Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum, ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos.* Hæc aliaque Domino nostro denuntiata, non videntur esse jugum suave & onus leve.

6. Verum tamen stat verbum Veritatis, quia Onus præceptorum ejus leve est, & jugum Mandatorum ejus suave est. Leve, & suave est aman- tibus & Charitate ferventibus: grave & acerbum est frigidis, & negligentibus. Cuicumque præ-

S: Dicitur
per: asat
tom II
N: V
5

Rom. 8. 35.

cepta Domini gravia sunt, in veritate noverit, gravissima, non est Charitas Patris in eo: & in dilectione proprio Deo valde est: si tamen in eâ est: at ubi abunde estimat Charitas, levis & suavis facta est omnis gravitas, & difficultas. Quia de re audi Apostolum in gazophio Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an sitis, quia dicitur: *sed in his omnibus superamus propter eum qui diligit nos. Certus sum enim, quia neque Mors, neque Vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque Instantia, neque futura, neque Fortitudo, neque Altitudo, neque Profundum, neque Creatura poterit nos separare à Charitate Dei, quæ est in Christo JESU Domino nostro.*

7. En quantas gravitates, quantasque multitudines contemnit, & ridet Apostolus; abunde te, & urgente Charitate Dei! scilicet proventu volucrum ita gravant ut sublevent, ab infirmitate artollant; sicut rotæ curru, sicut armæ navi, sic oneri sunt, ut profint motui; ita Charitas, facit omnia nobis commodiora, gratiora & insuper desiderabilia: quæ sine Charitate spiritûs unctione fuissent onerosa, dura, & aspera. Ergo præceptum de Deo à nobis ex toto corde & Animâ diligendo, totalitate suâ, & universitate, usque adeò non gravat nos, ut etiam, & ejus mensuram, nescientem mensuram, & proficiamus progrediamurque; omnia nobis leviter, ac delinuat, in dulcedinemque & delectationem convertat.

8. Porrò interim hæc eadem Charitas (ut vidimus,) omnia etiam gravissima facit levia: eadem (inquam,) omnia etiam alioquin

noverit, viffima, facit & gravia, & grandia: idque coram
Etione ipfo Deo, æquiffimo Charitatis ponderatore, ac
bi abunde æftimatore, ac denique remuneratore. Quid
nis gra- vilius ac levius *duobus minutis*, quæ pauper vidua *Matt. 12. 42.*
olum ab in gazophylacium mifit? & tamen teſte ac judi-
it a Charitate Chriſto, plus omnibus largè mittentibus mi-
ames? an fit, quia nempe majore præ omnibus in Deum
an glad liberalitate ac dilectione mifit. Dare potum ca-
m qui licem aquæ frigidæ fitienti: certe non grandis
s, neque operæ beneficium eſt, & tamen judice Deo, ſi *Matt. 10. 41.*
que Vir in nomine juſti fiat, mercedem juſti à Deo reportat.
fortitudi Quid multa? Charitas eſt, & ſummum, &
Creaturæ omne pretium, omniſque valor, omne meri-
ua eſt in tum, cui debetur præmium omne noſtrum.

9. Subi Martyrium ita ut ardeas: expende
asque omnem ſubſtantiam in egenos, ita ut ipſe egeas:
is; abunde fit vero à Charitate extraneus, nihil eſt, nihil tibi
et prout prodeſt: Moveto manum, vel pedem impe-
ab infirmo rante Charitate, Deo places: in gratiâ, in chari-
t armato rate, in omni virtute, in merito, in præmio æ-
ui; ita terno apud Deum creſcis. Ita mirabile eſt in-
ra, grati genium Dilectionis Dei. Si magna & gravia
Charitas imperaverit tibi ad agendum perferendumvè
ura, & Deum, dilectio tua quò grandior & auctior erit,
toto Corde eò leviora tibi reddet & univerſa: Si verò quæ-
& univerſa libet etiam leviffima & minima, Deo cum dile-
et etiam, ctione multâ obtuleris; maximi coram Deo
uram, æſtimatore, ponderis, & præmii meritoria per-
nia nobis ficies.

10. Amandus eſt ergo Deus nobis: juxta vo-
luntatem ejus, ex toto Corde noſtro, ex totâ
Charitas Animâ, ex totâ Mente, ex totâ Virtute: & per
iffima hoc, quidquid oneroſum in viâ Dei nobis obti-
m alioq gerit, ſive nuditas paupertatis, ſive mortificatio

S: D...
B...
per: asat
Tom II
N: V
5

carnis, sive abnegatio propriæ Voluntatis
honoris; sive amor inimicorum, sive condonatio
injuriarum, sive tolerantia contemptuum,
ve ereptio bonorum, sive incurfus calamitatum
sive conflictatio morborum ac dolorum, sive
instantia mortis, sive violentia Martyrii, sive
gratitudo, & malorum pro bonis retributio, sive
detractio malevolorum, sive livor invidentium
sive persecutio propter justitiam, sive odium
gratuitum: quidquid denique hujusmodi; quod
exerceri Charitas Dei potest, totum leve & momentaneum, fiet: & inter gaudia, atque delicia
& lucra computabitur.

11. Aliàs autem quidquid ex amoris ejusdem
in Deum redundantiâ à nobis profectum & per
actum fuerit; sive magnum, sive parvum
erit; coram Deo nonnisi magnum, nonnisi pretiosum,
nonnisi immenso pondere gloriae dignum,
nonnisi æternitatis bonis remunerandum
erit. Amore, cuncta nostra cogitata, dicta, facta
intenta, desiderata, in Aurum cæleste gemmas
que convertente, & in divinos thesauros recedente.

12. Qua quidem efficacitate Amoris nostri
in Deum, uti nobis licet, non ad nostra tantum
& à nobis profecta opera appetianda: verum
etiam ad aliena: ita ut quidquid quæcunque
Creatura facit, nostro, id totum, in Deum amorem
re, nostrum fiat: nobis ad meritum profectum
amore nostro coram Deo pretiosum & remunerabile
nobis evadat. Admirandâ profusè Amoris
virtute: adeo, ut sive alius quis suo labore
opere vè ditescat apud Deum sive non; sive odiosum
ei sit, sive etiam malignum opus ejus: Ceterum

nihilominus nostri Amoris in Deum ratione ac virtute, quantum ex nobis, Deo proficiat ad gloriam: nobis verò ad gratiam, & ad gloriam: sic *prosperitas stultorum perdit stultos*, labor impiorum perit impiis: at justo, & amatori Dei, Deum in illâ prosperitate laudanti, proximumque amanti, & laborem, quantum ex amore suo, in DEUM referenti, & prosperitas in salutem transit, & labor in æternitatis præmium abit.

Prov. 7. 32.

P R A X I S.

O Divinum Charitatis bonum! quàm inenarrabilis est virtus tua: quàm ineffabile pretium tuum! quàm inestimabilis apud ipsum etiam Deum æstimatio & remuneratio tua! Domine, fons omnis boni, sed imprimis Amoris erga te nostri: immitte nobis hunc ignem tuum, ut vero tui Amore semper ardescerent, non solùm omnia nostra, verùm & omnium Creaturarum opera in Amorem tuum convertamus: per omnia, & in omnibus te amemus: omnem Creaturam, quantum ex nobis est, in amatricem, imò in Amorem tuum convertamus.

EXERCITIUM VII.

De Amoris DEI perfectâ plenitudinẽ.

1. **S**tatue te coram Domino DEO tuo, eumque tibi mandantem audi. *Diliges Dominum DEUM tuum ex toto corde tuo, ex tota Animata, ex tota mente tua, ex tota Virtute tua.*

Deut. 6. 5.

2. Isto præcepto tam exaggerato, DEUS non tantùm se diligi jubet, verùm etiam plenâ & perfectâ dilectione se diligi, & insuper istam ipsam sui Dilectionem diligi vult. Tanti nimirum est Deo,

S: Dicitur
Sicut
per: asat
Tom II
N: V
5

Deo, dilectio in se nostra, ut non tantum diligendum illam, sed etiam perfectam illam esse, & preterea: ac una secum ipsam quoque diligere velit.

3. Quod ad perfectionem Charitatis nostrisque nostri in Deum attinet, Inprimis Deus vult esse nostrum erga se amorem; ut solum ab illo absit penitus omne quod ei recte inimicum, ut est peccatum mortale, vis, etiam unicum: (cum hoc enim Amoris nullus, qui Charitatis & Amicitiae sit, sicut lux cum tenebris, aut Vita cum Mortum verum etiam, ut à Corde, atque amore nis in Deum, exulet; quam maximè hac fieri potest; omne illud quod impedit, ster affectus totus ad Deum tendat, in rigatur: & totus illi incommutabiliter, melius, tanquam incommutabili quoque inhareat.

4. Illud prius, nempe excludere mortalem, essenziale est omni Charitati, incipientium: & est de necessitate salutis hoc verò posterius, potest abesse ab Charitate incipientium, imò & à proficiente sed ad Amorem perfectorum, necessarium ab his enim, si respondere volunt statui ritatis atque gradui, oportet omnem affectum ad mundi, & carnis commoda, quæ visco suo retinent, & ad Deum liberis alis evolare prohibent; exulare, atque exesse. Neque hoc adhuc satis ad integritatem seu perfectionem charitatis, carere scilicet dimentis, remorisque, ac infrigidantibus rem illius: sed præterea indiget omnium tum perfecto valde usu, aliisque adjumentis

antùm dīrendum in Deum: in hārendumque illi jugi-
& preter: ac denique indiget hāc ipsa, semper habitu-
ali, frequentissimā autem actuali in hāsiōne, imi-
tatis Amānsione, adjunctiōne, & unione per Charita-
tis Deus affectum: ut verè pro statu hujus vitæ, dili-
m; ut agatur Deus ex toto Corde, ex totā Animā, &
ad ei est Mente, & Virtute.

rtale qu 5. Impedientia cursum & ardorem Charita-
a Amoris Dei, sunt in cupiditatibus nostris sita: quas
t, confit Joannes ad tria capita revocavit: ad concupiscen-
n Mortem oculorum, ad concupiscentiam carnis, ad
more hū superbiā vitæ: harum prima est cupiditas &
è hac in amor externorum bonorum, à Domino spinis
dit, ne comparatorum; qui enim volunt divites fieri, in-
eumque cidunt in tentationem diaboli, & desideria mul-
ter, nō ta nociva, quæ mergunt hominem in interitum:
noque hū ideo facilis est camelum ingredi per foramen
acūs; quā divitem, re, & maximè cupiditate,
lere nō in regnum cælorum intrare. Altera est cupiditas
ritati, & amor, carnis, & sanguinis, voluptatum quo-
ritatis atque & commoditatum carnalium, etiam aliās li-
ab amoritarum: quæ quoniam hominem valde à statu
officientia mentis dejiciunt, debet eas Anima perfectæ Cha-
essarium ritatis cupida, refecare à se, ut cogitet quæ Domi-
tui suæ Cui sunt, fitque sancta & corpore quod vivificat, &
m affectu spiritu quo vivificatur. Tertia denique est cupi-
quæ menditas, amorque sui ipsius, propriæ item Volunta-
is dilectis ac libertatis, item judicii & honoris: quæ ad
que per superbiā vitæ spectant: quorum amorionem ab
integritate Animā suæ sequelæ cupidā, Dominus sæpè præ-
cilitet imscribit. *Qui vult venire post me: abneget semeti-*
ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, qui
venit de cælo descendi, non ut faciam voluntatem meam,
sed ejus qui misit me, Patris, cujus Voluntatem
facere

Luc. 9. 23.

S: D. 22
Sicut
per: asat
Tom II
N: V
5

facere semper, *meus cibus est*. Non etiam ministrari sed ministrare, & dare animam meam pro multis.

6. Ad hæc quoque Charitatis Dei impedimenta pertinent: (quamquam ferè in supradictis continentur) Vita, seu pravæ consuetudines peccandi, induci à frequentatis peccandi actibus solæ manentes in Anima, etiam post deleta peccata ipsa actualia peccata. Item passionum Animæ Amoris potissimum, desiderii, timoris, ac odii, ac tristitiæ vacuitas: & ut vocare solemus immortificatio: quibus Anima nostra, non sicut ac Mare ventis, turbulenter, agitur: omnium illius pax, & sapientia devoratur. Huc accedunt frequentes lapsus in peccata, venialia quidem peccata tamen: præsertim si deliberata, & corrupta, à conscientia incurrantur. Insuper curæ etiam bonarum multitudo, mentisque in illarum fusio, & vehemens applicatio. Ideo namque monet Sapiens. *Ne sint in multis actus tui, minoratur actu, sapiens.*

Eccl. 31. 25.

7. Ista Charitatis perfectæ impedimenta, infirmitatem nostram adjuvante, impugnantur primò, deinde expugnantur constantia abiectionis internæ, & Virtutum omnium exercitatione. Monente per Prophetam Domino; *Ecce ego stituite hodie super gentes, & super regna peccatorum, vitiorum, passionum, cupiditatumque vellas, & destruas, & disperdas, & dissipabis, & edifices, & plantes, arbores fructiferas & domos æternarum mansionum, in fundamento fidei, ac spei, super edificando aurum, & lapides pretiosos, & elaborando Charitatis. Estque hoc unum ex adjumentis*

Jer. 1. 10.

1. Cor. 3.

fecti in Deum Amoris: nimirum usus abnegationis, & mortificationis, qua internæ, qua externæ perpetuus: sed discretus. Sunt verò alia etiam adjumenta, & nutrimenta, ornamentaque ejusdem Amoris, à quo vicissim illa succum, & vitam, valorem, decoremque accipiunt: talia sunt jugis oratio, & meditatio, contemplatioque Dei, & perfectionum, beneficiorumque illius: Vera, interna, humilitas cordis, plenaque de semetipso diffidentia; Resignatio in omne Dei placitum, conformitasque cum ejus Voluntate; Usus Sacramentorum, & in eis participatio, unioque meritum Christi. Amor quoque & sitibunda imitatio passivi pro nobis Domini nostri ejusque Matris & Electorum. Studium efficax & assiduum cordis mundandi, & ornandi, atque ditandi à Virtutum perfectis operibus, & à familiaritate cum præsentem Deo: Super omnia verò Zelus, & sitis, & procuratio generosa Gloriæ Dei, salutisque ac perfectionis Animarum: quo cibo par est famelicissimum Amorem nostrum in Deum, jugiter pasci, confortari, consolari, irritari.

8. Charitas enim vera, illa demùm, talis est, quæ & Deus diligitur super omnia ac propter semetipsum; (nam causa diligendi Deum, Deus est, & modus sive modo diligere:) & tam ipsemet homo, quam omnis proximus ejus: amicus, sive inimicus, omnisque alia Creatura in Deo, & propter Deum; sive secundum Deum.

9. Neque enim ulla Creatura amabilis aut amanda est, aut esse potest, nisi quatenus à Deo, & aliquid DEI est: deque bonitate, ac perfectione ejus participat. Et quia omnis aliquomodo participat, idcirco omnis aliquomodo amabi-

Bernard.

S = D...
 Sicut
 per: asat
 Tom II
 N V
 5

amabilis, amandaque est: idcirco, etiam in
 quanti quanti illi sunt, diligendi sunt: quia semper
 per aliquid Dei, sunt: semper Dei participatio
 semper Dei filii, & nostri fratres sub uno Patre
 Deo sunt.

10. Extra Deum verò, & quatenus sine Deo
 vel contra Deum aliqua Creatura est, eate
 diligenda non est: nam vel nihil est, vel malum
 quid est: quorum utrumque amari indignum est.

11. Si verò aliquid amatur, non propter
 secundum Deum; jam eo ipso Deus non
 toto corde diligitur, quoniam aliquid diligitur
 quod non in Deo, nec propter Deum, ac non
 dilectione Dei diligitur. Sicut etiam quod
 aliquid in Deo diligendum non diligitur; etiam
 tunc ex toto Corde Deus non diligitur: quoniam
 in aliquo, in quo Deus est, & consequenter
 amore dignus est, nequaquam tamen diligitur.
 Ex quo manifestum est: ad dilectionem Dei
 toto Corde, totaque Animâ, totâ Mente &
 tute, pertinere etiam dilectionem tam sui, quam
 proximi cujuscunque, quàm omnis Creatura
 quatenus est, & quia est aliquanta participatio
 Dei.

12. Præter ista quæ dicta sunt, ad perfectio
 nem Amoris Dei pertinet quoque Amor ipsius
 Amoris, atque Charitatis: tum quia Deus Caritas
 ritas est: & qui amat Charitatem, Deum amat:
 qui non amat Charitatem, Deum non amat: tum
 quia revera non habet ille Charitatem, qui Charita
 ritatis non habet amorem: ille autem non potest
 bere convincitur, qui illam propter quamlibet
 causam, occasionemvè, perdere, lædere, pro
 tuere convincitur.

13. Et quid tam inter homines, inter Christianos, inter Charitatem atque fraternitatem, Christi sanguine sancitam profitentes, quid (inquam) adeo frequens, frequentatumque, quam vulnera Charitatis? An verò inter hæc conferretur integra, tam dilectio Dei ex toto Corde, quam dilectio proximi sicut sui propter Deum; adex esto, tam Veritas, quam Charitas Dei.

P R A X I S.

Domine Deus, qui indeficiens thesaurus Charitatis, & ipsa Charitas es: tu es qui doces eam: per Spiritum tuum Sanctum, diffundens, & radicari nec non crescere faciens illam in cordibus nostris: que sumus amove à nobis omnia que sunt huic bono adversa: insere autem que illi sunt amica: ut cum tue Charitatis gratiâ, Te super omnia, nos verò, & proximos nostros omnes sicut ipsos nos, propter te, omnesque Creaturas in te, ac demum ipsam Charitatem, digne te, diligamus.



Handwritten notes in the right margin: S = Druz; Sicut; per: usq; Tom II; N: V; 5-7